



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 1. Regius Congi Orator Romæ mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.

LIBER CLXXXVIII.

PAULUS V. SUMM. PONTIFEX
RUDOLPHUS II. OCCID. IMP.

§. I.

*Regius Congi Orator Roma
mortuus.*

Sæc. XVII.
A. C. 1608.

*Palat. vit.
Paul. V.
Mem. secret.
part. VI.
pag. 133.
Merc. Gallo-
belg. tom. 6.
lib. 3.
Balduin.
Chronic.
Bullar. Car-
mel. tom. 4.
pag. 395.*

Ineunte hoc anno Domini millesimo sexcentesimo octavo Mense Januarii obiit Antonius Emanuel Funerius seu Vunthi Marchio, quem Emanuel Rex Congi, quod potentissimum Caffariæ Regnum in Africa inferiori situm, ad Paulum V. Romam ablegabat, eius totiusque Regni nomine debitum filialis obsequii homagium persolveret. Advenerat is lectica vectus, ac nonnullis duobus famulis & uno Monacho Lucatano stipatus; ceteri enim Legationis suæ comites numero quadraginta septem una omnes in itinere decesserant. Hic ergo Romam adventans splendide admodum

modum a Nobilibus, civibusque Ro- Sæc. XVII.
 manis exceptus est, ipso summo Ponti- A. C. 1608.
 fice, Sacro Purpuratorum Collegio, &
 variis Principum Oratoribus suos De-
 putatos eidem obviam mittentibus. In-
 ducebatur eadem pompa in Palatium
 Vaticanum, Papæ sumptibus alendus.
 Die quinta Januarii Paulus V. eundem
 invisit, quem per Interpretem Lusitano
 idiomate salutans, Principis titulo di-
 gnabatur. Retulit autem ille, quod
 ipsius Rex se unacum Congiano Regno
 suo, cum illud Hispaniæ Regis opera
 in Catholicæ fidei studio indies magis
 floreret, Sacræ Romanæ Ecclesiæ ve-
 ctigalem reddere constituisset, dummo-
 do Pontifex de Viris aliquot doctis, qui
 propagandæ per universum Regnum Re-
 ligioni operam darent, paterne sibi
 prospicere dignaretur. Placuit summo
 Pontifici pium hoc Regis propositum:
 unde sancitum erat, ut ejus Orator eo-
 dem, quo exterorum Principum Le-
 gati, publici ingressus honore præsti-
 tuta die exciperetur: Obstitere tamen
 Hispani, causantes, Congi Regem Ca-
 tholico Regi vectigalem esse, proin in-
 dignum videri, ut hic pari cum ipso
 honorum testificatione dignus haberetur.
 Attamen litem hanc brevi dire-
 mit gravis Legati Africani infirmitas;
 hic enim paucis post adventum diebus

Hist. Eccles. Tom. LIV.

T

iti-

Sæc. XVII. itineris difficultatibus confectus, vi
 A. C. 1608. busque exhaustus morti appropinquans
 videbatur, quem in lecto suo decubantem Papa die tertia decima Januarii invisit, ac moribundum Apostolicæ benedictione munivit, necnon altera die defunctum funebri & ferme Regiæ pompa honorifice in novum Sacellum suum, cui Sanctæ Mariæ Majoris nomen est, efferi voluit, ejus exequias quoque præsentia decorans. Postmodum Papa in Purpuratorum conspectu exposuit, quod hic Legatus Romanus venisset, ut Regis sui nomine totum Regnum Ecclesiæ Catholicæ tributarium redderet, proin infinitæ Deo pendendæ forent grates, quod populus adeo remotos ad agnoscendam Christianam Ecclesiam eo tempore vocare dignatus sit, in quo vicinæ gentes sese ab ea parare festinant. Porro defuncti comites Pontifex splendide ac magnifice quamdiu habuit, atque in patriam redeuntes securitatis literis, pretiosisque muneribus decoratos prosecutus est. Idem vero Rex sedente Urbano VIII aliam ejusmodi Legationem Romam accernebat, postquam Paulus V. jam ante ad ejus Regnum ablegaverat Patrem Didacum ab Incarnatione Carmelitam excalceatum, aliosque octo ejusdem Instituti Viros Apostolicos.